

Alleluia

2 Thess 2, 14

℞. Allelúia. ℣. Deus vocávit nos per Evangélium,
in acquisitionem glóriæ Dómini nostri Iesu
Christi. ℞. Allelúia.

Evangelium

*Filius hominis traditur ... Qui vult primus esse
erit omnium minister.*

✠ Lécio sancti Evangélii secúndum Marcum 9, 30-36

In illo témpore:

Profécti de monte Iesus et discípuli eius peragrábant Galiléam, nec volébat quemquam scire.

Docébat enim discípulos suos, et dicébat illis: « Fílius hóminis tráditur in manus hóminum, et occídent eum, et occísus post tres dies resúrget ». At illi ignorábant verbum, et timébant eum interrogáre.

Et venérunt Caphárnaum. Qui, cum domi esset, interrogábat eos: « Quid in via tractabátis? » At illi tacébant. Siquidem inter se in via disputáverant, quis esset maior.

Et résidens vocávit Duódecim et ait illis: « Si quis vult primus esse, erit ómnium novíssimus et ómnium mínister ».

Et accípiens púerum, státuit eum in médio eórum, quem ut compléxus esset, ait illis: « Quisquis unum ex huiúsmodi púeris recéperit in nómine meo, me récipit; et quicúmque me suscepit, non me súscepit, sed eum qui me misit ».

Verbum Dómini.